

DEI immortalis in nobis redivivā imago,  
& divinis promissionibus freta fides, affe-  
ctatam immortalitatis speciem superat at-  
que antecellit. Vere *Magnus* vel ideo est *Di-  
vus Fridericus Guilhelmus Magnus*; quod  
successorem genuit se majorem, cui vivo ju-  
cundum fuisset, vinci ab optimo atque feli-  
cissimo filio, ac in tanta sobole id impletum  
videre; quod auguratus fuerat Cernitius,  
& quod lætis auribus Salomoni suo [a] Da-  
vid audivit voveri. Ad ipsum enim Davidem  
aulici Davidis sermonem converterant su-  
um, precati, ut Illustrius nomen conseque-  
retur filius Salomo, quam David pater  
consecutus esset, & ut Regnum Patrium ma-  
ximis accessionibus augetet, ejusque termi-  
nos latius proferret, quam David fecisset.  
Cernitius autem regnante *Georgio Guil-  
belmo* Principe Electore imagini *Friderici  
Guilhelmi*, Principis Juventutis, sextum  
annum tum agentis sequentia verba subscri-  
bere non dubitavit: *Vinci à Filio jucun-*

*A2* *disse-*

(a) 1 Reg. I. 47.